



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 119. Ordinis Teutonicorum bona a Donavio Equite redempta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Sæc. XVII.

A. C. 1627.

§. CXIX.*Ordinis Teutonicorum bona a Dom-
vio Equite redempta.**Carafa**Comm. de**Germ. rest.**pag. 333.*

Interim Religionis Catholicæ restitutio
in Bohemiæ regno felici prorsus pro-
gressu continuata est: Ferdinandus e-
nim Imperator præter Deputatos, qui
rebus politicis intenti in singulis urbi-
bus leges recenter latas executioni da-
rent, insuper Viros idoneos decerne-
bat, qui rudes misera ignorantia sedu-
ctos instruerent, obstinatosque corri-
gent: Obstabant adhuc plures Bohe-
miæ Proceres, qui Cæsarei edicti sen-
sum aut ignorabant, aut se ignorasse
simulabant: his ergo Cæsar præfixum
reformationis terminum ultima De-
cembris die expirantem ad alios quin-
queMenses (seclusa omni ulterioris pro-
longationis spe) protraxit, eosdem
peramanter hortatus, ut miserum ani-
mæ suæ statum, crassamque perpen-
derent ignorantiam, qua præpediti se-
ipso ad unius Apostatae vocem in per-
petuam infidelitatis abyssum præcipi-
tarent. Sub idem tempus Baro de
Dona Ordinis Teutonici Eques Vir pie-
tate & prudentia longe celeberrimus
ex proprio suo ære plusquam quinqua-
ginta florenorum millia suppeditabat.
eo

eo fine, ut Egrensem Commendam seu Sæc. XVII.
 bona Sectariis antea oppignorata redi- A. C. 1627.
 meret. Hæc postmodum bona Reli-
 gioni sancti Joannis annuente summo
 Pontifice adjecta cum omnibus Eccle-
 siis Cæsar per suos Deputatos recupe-
 rabat, ejectisque hæreticis Prædican-
 tibus Catholicos Parochos introduxit,
 obstrepentibus incolis, qui missis ad
 Saxoniæ Electorem necnon ad Cæsa-
 rem legatis jure Imperii usitata trans-
 actione Passaviensi frui petierunt. Ve-
 rum Imperator, cum rebellem hanc
 urbem jure belli ad obsequium redu-
 xisset, immisis tribus equitum turmis
 magis seditiosos cives compescuit &
 castigatis nonnullis ceteros metu ter-
 ritos parere compulit. Paulopost su-
 premo Ordinis Teutonici Magistro Cæ-
 sar negotium dabat, ut servata pace
 Passaviensi in oppidis Bopfingensi, Nort-
 lingano, & Aulensi, necnon Dinckel-
 spühlhii & Gemundæ Catholicam fidem
 a civibus temere desertam revocare
 niteretur.

Quoniam vero in Austria superiori
 terminus conversionis, vel emigratio-
 nis a Cæsare præfixus pene exspirabat,
 hinc Proceres in sua secta obstinati cer-
 tatum Aulam Cæsaream acceſſerant,
 hunc terminum prolongari petentes,

Hist. Eccles. Tom.LVIII. CCC eo-

Sæc. XVII. eoquod turbatis adhuc rebus nec ido-
A. C. 1627. neum emptorem, nec æquum pretium
 invenire potuissent: cum autem hi
 ideo duntaxat, quod vel Cæsaris mor-
 te vel fortuna mutata, aut novis se-
 ditionibus interim res mutari spera-
 rent, ejusmodi dilationes querere
 crederentur, hinc Cæsar eis ultimum
 emigrationis terminum proximara heb-
 domadam sanctam, venditionis vero
 septein Menses præfixit, quo tempore
 integrum ipsis esset, vel ad fidem Ca-
 tholicam reverti, vel aliud Cæsa-
 ris judicium operiri.

ERRATA *sic corrigē:*

Pag.	65.	crediitque	creditque
	75.	foveat	fovent.
	120.	& non	necnon
	130.	hinc	hic
	283.	Valettæ	Valetta
	323.	erectis	deleatur
	338.	deponeretur	deponerentur
	344.	variisque	variasque
	560.	ad	ac



INDEX

